

Je vero. xiiij. summo diluculo venientes duo mammaluci a patrono nostro
cōducti. fū numerū personarū asinos et mucrēlos (id est asinorū du-
ctores) disposuerant. vt nos per vrbem ad loca quedam ducerent vīdenda.
Igitur egressi hospitiū transeuntes per vicū vnum et per vetustissimā quan-
dam ferream portam. venimus ad populosissimas plateas: vbi post multas derisiones
et acclamations probrosas. occurserunt nobis homines multi miseri et miserabiles.
cathenis inclusi simulq; colligati. elemosynas a nobis postulantes. Inde per numero-
sos hominū cuncos penetrantes. in locum quendam venimus vbi supra modum cō-
pressio hominū magna fuit. Nam barbarus quidam mercator vtriusq; sexus homi-
nes plurimos habebat venales. ita leui p̄recio et exiguo ac si fuissent res furto ablate. et
pro illis emendis tanta cōfluxerat hominū multitudo. Inde pulchra quadam platea
pertransita. vbi multe edes alte et nove circumstabant (nā locus ip̄e quinquennio dum-
taxat enoluto desertus factus fuerat et arundinibus plenus nunc autem dictis edificijs
decorus) ad sinum quendam nyli venimus. in cuius litorē schlaui multi de luto paleis
resperso lateres cōficiabant et confessos soli exponebant coquendos instar filiorū isra-
el qui in luto et latere pharaoni seruientes in egypto. tandem proper onera clamauerūt
ad dominū. qui misit eis liberatōrē seruum suū moisen.

Ibi etiam locus ille fluminis quondā fuisse videbatur rbi moyses ip̄e infantulus in ca-
rectam ripe fluminis stante procul sorore eius et cōsideranti euentum rei fuit plectus.
et tandem descendente filia pharaonis vt lauaretur in flumine. gradientibus secum puel-
lis per crepidinem aluei in viscilla cirpea fuit inuentus in papirione. vt habetur Exodi
ij. Ibi nanq; erat pons arcuato opere factus per flumen rbi egypti mares hebreorum
iuxta preceptum pharaonis p̄cibant in aquam. vt habetur in dicto capitulo.
Inde ad maceriam oriū cuiusdam ascendimus vbi quondam arbor ingens stabat sub
qua virgo Maria cum puerō Iesu fertur quicuisse. quam arbustam et christiani et lar-
raceni multum venerabantur. sed suspēsis in quibusdā seditionis mox arbor aruit ruit-
q; solotenus. In cuius rei memoriā sarraceni erecta ibi columna lapidea. factum hoc
aureis in ea litteris scripsere. Hinc ad stationem nauium multarū in nylo profundo et
lato venientes. maximā circa illas vidimus negociationē.

De Babylonia egypti.

Andem per quasdam vetustissimas et spissas valde horribilesq; portas in-
trauimus babylonias. Sed hec babylonia nō est illa que fuit seclus fluum.
Chobar. sed dicitur babylonia egypti. que parvo diuidit interuallo a Chay-
ro. ita q; nō duas faciunt ciuitates sed ynam. cuius pars altera dicitur Chay-
rum. altera Babylonia. et ipsa tota nomine cōposito Chayrumbabylonia appellatur. et
creditur q; olim fuerit nuncupata memphis. deinde Babylonia. et tandem Chayrum.
quod interpretatū idem est q; cōfusio siue babylonia.
In hac babylonia ante tempora Pharaon rex egypti morabatur in ingenti palatio. qđ
hodie penitus est desolatum. Ibi etiam tunc tempozis metropolis egypti siue ciuitas
maior erat vt ex ruinis eius potest cognosci que hodie videntur.
Transeuntes autem per vicum longum ad cuiusdam ecclesie fores deuenimus. quam
christiani possident de cingulo siue cinctura dicti. qui sunt de fide sancti Pauli. Ingres-
si autem ecclesiam descendimus in criptam sub choro. et ibi asserunt locum esse vbi vir-
go gloria Maria cum puerō Iesu et Joseph sancto. septennij spacio manens latita-
uit. Inde ad quattuor leucas alias ecclesiās quas christiani orientales tenent duce-
bamur. in quibus aliqua sanctorum corpora requiescent.
Inde per multa procedētes loca de quibus mira ferebantur. tandem ad radices montis
venimus. super quo castrū Soldani est situm. vbi plurimos habuimus obuios mam-

malucos qui de exercitio suo solito reuertebantur. Nam singulis diebus vel ad minnas
ter in septimana. excent mammaluci curiales in planiciem sub montibus et ibi se in bel-
licis exercent rebus. ascendunt etiam in saltus et loca altiora. actus militares agentes ut
nō modo in vallibus et planicie. sed et in montibus et collibus seipos et equos suos ex-
ercitent ad pugnam et cursum et ceterum. Multos ibi vidimus decoros iuuenes candidos et
rubecundos. similes nobiliuz patrie nostre filiis. Eratq; numerus mammalucorum tunc
temporis ad. xxiiij. milia. qui numerus ut cōmuniter cōtinuat. succendentibus ut dictū
est filiis in loca patrum. sicutq; et in pluribus mammaluci illi de schlauonia. albania.
zirkassia. et italia. per pauci vero de alemania. Ni nos pacifice pretereuntes nullam nos-
bis molestiam intulerunt.

De cōtemplatione Chayri ex monte.

Vlm autem preterissent. clivum montis ascendimus per viam satis periculo-
sam. nec manere in asinis poteramus propter precipitem ascensum. Landē
multo labore in cacumen venientes. mox oculos cōiecimus ad ciuitatem cō-
siderandam. que profecto magna est. et dicitur hodie esse maior ciuitas in or-
be. Quidam enim qui id certum habebant afferabant eam in latitudine duodecim mi-
lia centum septuaginta duos passus habere. in longitudine vero quindecim milia centū
et septem passus. Dicitur etiā q; numerus parochiarū sive ut aiunt cōtratarum in ipa
vrbe. ascēdat ad vigintiquatuor milia. Verum ex illis nō nisi quattuor decim milia hu-
iuscmodi cōtratarum portis et seris singulis noctibus clauduntur. Lastrū vero Sol-
dani tantum in magnitudine spaciū occupat cum sua circumferentia. quantū fere op-
pidum Ulmense. vel pars altera oppidi Flurenbergensis. ita q; eques sub quattuor ho-
rānum intervallo sine intermissione faciens iter. longitudinem ciuitatis forte posset tran-
sire. ipam vero totam per nouem vel decem horas circumire. Nam latitudo eius in ple-
risq; locis dimidie leuce germanice occupat spaciū. in plerisq; plus. Muschkeas pre-
ciosissimas et plurimas cū turribus valde altis habet. et credo q; Rhome nūq; tot sue-
rint ecclesie. sicut ibi sunt muschkee. oēs ex marmore polito fabricate. Ita prochdolor
satanas suas ibi synagogas ampliavit et multiplicauit.

Poero edificia in ista vrbe desorū exilia satis sunt et turpia. rtpote ex luto et latere ex-
structa. sed deintus comptius disposita sunt et ornata. mansionibus et habitaculis pul-
chris distincta.

Præterea populosior est ciuitas illa q; alia vlla sub sole. crediturq; q; tota italia vix tan-
to abundet populo ut vrbs hec sola. Nam longe plures in ea sunt homines qui p̄p̄is
carentes domib; dormiunt sub diuo q; sint venetijs habitatores. Audita resero. neq;
enim ipse numeraui. Nam et iudeorū supra. xv. milia ibi dicebantur habitare. omnes
articia exercētes. vel mercationibus vacantes. Regitur autem ciuitas ipa Chayrum
et administratur per regem Soldanum. post quem secundus in ordine ammiraldus
semper appellatur. post illum vero tertius diodarus. et hi tres toti presunt paganissimo.
residentiam tamē faciunt in Chayro. Unde officiales et prefecti in omnia loca. prouincias
et ciuitates paganorū ex mammalucis transmittuntur. Hoc etiam certum habetur
q; abolim quidam ab oriente et occidente magno et excellenti ingenio viri. ad illam ci-
uitatem p̄p̄auere. ut mira et magnalia que de ea audierant ibi viderent. Nam pitago-
ras platoq; suis relictis sedibus. in egyptum laboriosissime migrauerunt. ut memphiticos
audirent et viderent vates. Appollonius quoq; sive ille magus ut vulgus loquitur
sive philosophus ut pitagorici tradūt. post lustratū orientem ut testatur Jeronymus.
tandem egyptum intravit ut famosissimā solis mensam videret in zabulo que in Chay-
ro creditur in templo solis stetisse.

Eripecta omni ciuitate Chayrina. ad nylum fluuium nos cōvertimus con-
templandum. qui eo tempore totum territoriū sua ex crescētia et inundatione